IN OCTAVA SS. ROSARII.

SOLEMNE.

AD I. VESPERAS.

Capitulum, Hymnus, ℣., Antiphona ad Magnificat et Oratio ut in j. Vesperis Festi.

AD II. VESPERAS.

Omnia ut ad ij. Vesperas Festi, servato modo diei Octavæ Solemnis.

DIE I. OCTOBRIS.

SS. EUSTACHII ET SOCIORUM MARTYRUM.

DUPLEX. Oratio.

DEUS, qui nos concédis sanctórum Mártyrum tuórum Eustáchii et Sociórum ejus natalítia cólere ✠ da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére : Per.

In j. Vesperis Memoria S. Remigii Episc. et Confessoris.

Oratio.

DA, quæsumus omnípotens Deus : ut beáti Remígii Confessóris tui atque Pontíficis veneránda solémnitas ✠ et devotiónem nobis áugeat et salútem : Per.

DIE II. OCTOBRIS.

SS. ANGELORUM CUSTODUM.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Ps. Ant. iv. toni.



ANGELIS su-is De-us mandávit de te,



ut custódi-ant te in ómnibus vi-is tu-is. Ps. Lau-